



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

11 Matrimonialis status virginitatis, vel coelibatus statui anteponi non potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

paupertatem allegaverit, & verè probaverit, non teneatur extra Provinciam litigare in secunda, nec in tertia instantia nisi altera pars alimenta, & sumptus litis velit subministrare, *ut in d. cap. 20.* † Et hic erit unus ex casibus, quibus paupertas quandoque prodest, præterquam quòd septem bona confert, scilicet, peccatorum recognitionem, virtutum conservationem, cordis quietem, desiderij impletionem, spirituales bonorum dulcedinem, meritum exaltationem, & cœlestem hæreditatem, B. Thom. *super Isaiam, c. 48.* addit etiam, quòd gloria Episcopi est, pauperibus opibus providere, & ignominia sacerdotis propriis studere divitis, Crates enim ille Thebanus homo ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, neque putavit se posse & virtutes, & divitias simul possidere, Nec paupertas est contemnenda quia eam Christus dedicavit *cap. gloria Episcopi. §. socrates. 12. quest. 2.*

Deus enim paupertatem esse voluit, † ut sustinentes per patientiam coronarentur, & divites in ipsis mererentur, *cap. sicut hi §. nunquid iniquus. 47. dist. †* Plura enim sunt privilegia paupertatis, nam pauperi non prosequenti appellationem paupertas est iusta causa dandi biennium, & si non solvat onera, eidem redditur jus, non obstante statuto disponente, quòd non solventi onera non reddatur jus. Pauperi per administratorem Reipublicæ potest remitti collecta, & per clausulam, & quosdam alios, pauperes conveniri non possunt: pauperibus cum Rege litigantibus Rex administrat advocatum, & propter paupertatem onus cautionis remittitur, Bald. *in l. magis puto, §. in primis, nu. 2. ff. de*

reb. eod. qui sub tut. & Felyn. in cap. significatibus. In §. de off. deleg.

11. Conjugalis tamen † status, virginitatis, vel cœlibatus statui anteponi non potest, quia melius, & beatus est manere in virginitate, vel cœlibatu, quam matrimonio jungi. *cap. nuptiarum. §. in conjugal. 27. q. 1. cap. sic enim. §. quoniam ergo. 28. qu. 1. cap. nuptia. 32. qu. 1. cap. commissum. de sponsal. & concil. Trident. can. 10. de Sacram. matrim. sess. 24.* Etenim matrimonium non concubitus, sed solus consensus facit. *c. matrimonium, & cap. sufficiat. 27. quest. 2. c. cum locum, de spons. §. nuptias itaque auct. de nupt. col. 4. §. illud. a. h. quibus modis. nat. eff. leg. l. fin. in princ. C. de repud. & l. nuptial. ff. de reg. jur.*

12. Matrimonij enim † tria sunt bona, fides, proles, & sacramentum, *cap. omne itaque. 27. quest. 2. & eod. cap. sicut in fin. & c.* quamvis de jure civili ad contrahendum matrimonium consensus parentum necessarius videatur, institut. de nupt. in princ. tamen hoc est reprobatur, ita quòd filius familias sine consensu parentum legitime contrahere potest, nec patris consensus requiritur, gloss. *in cap. fin. in verb. parentum. 32. quest. 2. concil. Tridentin. cap. 1. in princ. de reform. matrim. sess. 24. †* quia matrimonia debent esse libera *dict. cap. fin. 33. quest. 2. cap. cum locum, cap. requisivit. & cap. gemma. de sponsa.* Maxime tamen decet, quòd cum consensu parentum matrimonia contrahantur. Temporales namque domini, ac magistratus, qui mentis oculos terrenis affectibus, ac nimia cupiditate excæcantes, viros, & mulieres sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis cogunt cum ijs
matr.